


[illegible] de 31 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]

IHS

ACTA CAPITULI

PROVINCIALIS

SANCTI JACOBI DE MEXICO

CELEBRATI

A PATRIBUS SACRI ORDINIS

PRÆDICATORUM.



Anno 1721.

MEXICI : APUD HÆREDES VIDUÆ
FRANCISCI RODRIGUEZ LUPERCIO.

IN NOMINE SACROSANCTÆ, ATQUE INDIVIDUÆ TRINITATIS PATRIS, ET FILIJ, ET SPIRITUS SANCTI, Deigenitricisque Almæ Matris Intemeratæ MARIÆ, SSmi. Parentis N. DOMINICI, & Sanctorum DEI. Amen.

ISta sunt Acta Capituli Provincialis celebrati die 17. Maij Anno ab Incarnato Dei Omnipotentis Patris vnigenito Verbo 1721. in hoc Imperiali Maximo S. P. N. Dominici Mexicano Prædicatorum Conventu huius Almę N. Novę Hispanię S. Jacobi Ordinis Prædicatorum Mexicanæ Provinciæ, sub R. Adm. P. N. Prædicatore Generali Fr. Francisco Xaverio de Aviles, & Soussa, vna cum ipso Deffinientibus R. Adm. P. N. M. Fr. Franciscō de Chavarria, olim Provinciali, Vicario Domus Nrę S. Protoparentis Augustini Palpan Deffinitore primo in Hispania nato, R. Ad. P. N. M. Fr. Marco de Arrieta, Vicario Domus N. S. Hyacinthi Deffinitore secundo nato in Indijs. R. Adm. P. N. M. Sancti Officij Qualificatore Fr. Antonio Pinto de Aguilar, Deffinitore tertio præsentis Capituli, & ad Curiā Romę Apostolicam Procuratore, itē instituto Generali ad Regiam Matritensem, Priore actuali Conventus N. Assumptionis Beatę Marię de Amecmecan, nato in Hispania, ac R. Adm. P. N. M. Fratre Petro Cortèz de Silez, Regente Primario Conventus supradicti Maximi, Deffinitore quarto, nato in Indijs.

Abſolutiones.

ABſolvimus in primis Suppriores, & Vicarios Conventuum, & Domorum huius Sanctæ Provinciæ.

Denuntiationes.

DEnuntiamus P. V. Rmæ. quod quadriennio Præfecturę Provincialis peracto R. Ad. P. N. Præſ. Præd. Gén. Fr. Antonij Lopez, qui omni prorſus fœlicitate (veluti ſpem cuncti ſuam ſecundarum rerum amandarunt) exornandę ſanè, expectabiliſque prudentię faſtigio, glorię digna reliquit monumenta, temporibus quidem duraturam perpetuis, tum in legum obſervantię decus clariſſimum, tum in vitæ temperatiſſimam moderationem, quę non niſi ſupremi Spiritus ſalutarem ſentiunt odorem, atque ordinis ſancti claritudinem pariunt; ſuperna equidem Alti providentia Patris, maximaquæque temporibus iſtis ædificationis adhuc materialis (vti eſt videri) reliquit, cum per elegantem, Imperialemque Conventus dicti Infirmariam quam inſenſibiliter longævi temporis injuria circumquaque agitatam latentibuſque periculis pertimeſcebamus ruituram, curavit: cum ad hortus eiuſdem irrigationem canalibus Encenniatum plumbeis noviter aquæductum duxit, & fontes oblivione dira injurius deturpatas alacri caſtigatione reddidit, ac novavit, atque Hydram imminentem recurſus comminantem aquarum Novus Herclus clepſydra limpharum cedrina clauſit, atque arte nova cataractas oppandit ſoli, pandens; demumque vt vineam Domini Sabbaoth cuſtodiret fideliter ſæpem obfirmatam circumdedit, atque ſacroſanctum torcular vini Euchariſtici merum in ſudās ineffabile ſtruxit, aulam Imperialem, & templum, quo minor Atleta, eo maior operarius, vt per dies, & vltra mille nec niveam

veàm frigoris temperiem, nec æſtus aduſtam ſibi parcens, quantum plenum fuit fas dijudicare incrementum; non minorem, ſed ſe tantummodo dignum expoſt reliquit ſucceſſum in R. Adm. P. N. Prædicatore Generali Fr. Franciſco Xaverio de Aviles, & Souſſa, Maximi quondam ſupramemorati Imperialis Noſtri Conventus Artium Moderatore præſtanti, cuius prudentię exactique agendorum ſpecimen ratiocinij Provincię noſtrę Generalis Procuraturę, & Socij Comprovincialis ſemel, & iterum munera nobis lucentiorem illum prodiderunt, inſimulque cum ipſi clavum donarunt Præſularem vti Domus fatentur noſtrę S. Joannis Baptiſtę de Tetelam, S. Stephani de Tepetliſpa, S. P. N. Dominici de Miſcoac, S. Vincentij de Chimalhuacanchalco, identidemque Conventus Noſtri Priorales S. Jacobi de Quahutlam, qui pro ſe non ſemel amplitudinem poſſedit ac gubernium, ea animi dexteritate ac celſitudine, qua Fidei Sanctę Tribunal non dubitaverit ſuarum deligere inibi cauſarum ipſum Commiſſarium, eaque pro munere debito ſibi diſertiſſima, meritaque Prædicationis ſolertia, qua primatum Regni ambierint illum Magiſtrales Cathedrę, atque Eccleſiarum Archiepiſcopatus aures primę: quę quidem avidé, vel potius invidens Noſter iſte Maximus Imperialis ſibi vendicavit glorię dona, cum ſaucius penè diem ageret vltimum ſine ſumptibus, ad cuius vmbram certé fœliciſſimam ne quidem ſua, ſed eſt maiora ſortitus, adeò vt vno tantum ſuę Prioralis moderationis anno, & negotiorum inextricabile laqueum,& molles relegarentur in tartara vlterius non reverſura per ævum. Sic tranquilla pace Patrum imperante, gratanter ita allexit animos vt ſũma non dubitaverint lætitia in Priorem illum deligere Provincialem. Talia ſuperum auſpicia ſic ſemper ipſi cumulent, faxint perpetuo, fortunent.

Denuntiamus item R. Adm. P. N. M. Deffinitorem Sancti Officij Qualificatorem, actualemque Conventus Aſſũptionis B. Marię Virginis de Amecmecan Priorem Fr. Antonium Pinto de Aguilar, vniverſis ad id ſpectantibus votis

per

per omne Capitulum évasisse in Deffinitorém electum ad Curiam Romę Apostolicam feria quarta ante Ascensionem Domini, cum posse amplissimo ad quæcumque Provinciæ negotia hodierno confluentia tempore, ac pro Matritensi Regum Curia Catholicorum, Procuratorem itidem institutum Generalem, quam electionem vt pote pro posse nostro rité, & canonicé factam petimus â V. P. Rma. confirmari, & ad talia, dictum Patrem, subeunda munera, habere delegatum.

Denuntiamus P. V. Rmę. pervenisse ad nos patentes litteras Rmi. bonę memorię M. G. Fr. Antonini Cloche, honorificentissimas nobis confirmantes electionem Provincialem pro R. Adm. P. N. Præs. P. G. Fr. Antonio Lopez, nunc Ex-Provinciali, factam, sub datis Romę die 25. Januarii 1718. similiterque litteras patentes acta eiusdem Capituli Provincialis confirmantes, quas accepimus vniversa nostrum acclamatione, & acceptatas esse denuntiamus.

Denuntiamus accepisse nos patentes litteras eiusdem Rmi. quibus promovit ad gradum Magisterij R. P. Præsentatum F. Thomam de Fuentes, natum in Indijs, titulo Prædicationis in loco actu vaccanti ob mortem R. Adm. P. M. Fr. Didaci de Altamirano, & R. P. Præs. Fr. Antonium á Santo Josepho de Amezquita, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. M. Fr. Dominici de Alvarado, & R. P. Præs. Fr. Joannem de Cordova Seballos, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. N. M. quondam Provincialis Fr. Francisci de Aguirre, & R. P. Præs. Fr. Nicolaum Guerrero, Regię Vniversitatis Theologum Doctorem, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. M. Fr. Francisci de Ambia, & R. P. Præs. Fr. Didacum Rodriguez de Guzman, natum Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Ad. P. M. Fr. Michaelis Pelaez, & R. P. Præs. Fr. Bernardum de Espinosa Moreno, natum in Hispania, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Ad. P. M. Fr. Joannis á Sancto Josepho Vinagre, & R. P. Præs. Fr. Pe-

trúm

trum Cortez de Silez, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. M. Fr. Ferdinandi de Toro Altamirano.

Denuntiamus P. V. Rme. accepisse nos patentes litteras eiusdem Rmi. quibus promovit ad gradum Præsentaturæ R. Adm. P. N. Præd. Gen. Fr. Antonium Lopez, Ex-Provincialem, natum in Hispania, titulo Prædicationis in loco actu vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. Adm. P. M. F. Thomę de Fuentes, & R. P. L. Regiæ Vniversitatis Theologum Doctorem Fr. Joannem de Alvarado, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vaccanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Joannis de Zuniga, & R. P. L. Fr. Petrum Quiroz, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Josephi Palacios, & R. P. L. Fr. Didacum Flores de Aguilar, natum in Indijs titulo lectionis in loco actu vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. Adm. P. M. Fr. Antonij á Sancto Josepho de Amezquita, & R. P. L. Fr. Ludovicum de Castro, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Josephi Ximenez, & R. P. L. Fr. Josephum Ximenez, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Petri de Mendibil, & R. P. L. Fr. Antonium de la Riva, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. Adm. P. M. Fr. Didaci Rodriguez de Guzman, & R. P. L. Fr. Nicolaum de Arziniega, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob assūptionem ad Magisterium R. Adm. P. M. Fr. Bernardi de Espinosa, Moreno, & R. P. L. Fr. Didacum Perez, natum in Indijs, titulo lectionis in loco actu vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. Adm. P. M. Fr. Petri Cortéz de Silez.

Denuntiamus item accepisse nos pattentes litteras eiusdem Rmi. quibus promovit ad gradum Prædicaturæ Generalis R. Adm. P. N. denuo in Priorem Provincialem electum Fr. Franciscum Xaverium de Aviles, & Soussa, in loco actu vacanti ob mortem R. P. P. G. Fr. Bartholomæi de Yturrieta.

pre

pro Conventu N. S. P. N. Dominici de Tlaquiltenanco, & R. P. Fr. Franciſcum Guerrero, in loco actu vacanti pro tota Provincia, & R. P. Fr. Stephanum Centeno, in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. N. *Præd.* G. Fr. Joſephi Gonzalez, pro Conventu N. SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi de Azcapozalco, & R. P. F. Chriſtophorum de la Sierra, in loco actu vacanti ob mortem R. P. Præd. G. Fr. Michaelis de Oxeda pro Conventu N. SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Queretaro, & R. P. Fr. Iſidorum Montaño, in loco actu vacanti ob mortem R. P. Præd. G. Fr. Antonij Pedríque, pro Conventu N. SSmæ. Virginis Mariæ del Roſario Civitatis Guadalaxarenſis, & R. P. Fr. Petrum de Alderete, in loco actu vacanti ob mortem R. *P.* P. G. Fr. Auguſtini de Trejo, pro Miſſionibus, omnes pro locis ſuis memorati Prædicatores Generales ſunt ex natis in Indijs, & R. *P.* Fr. Stephanum de Mendoza, natum in Hiſpania in loco actu vacanti ob Aſſumptionem R. Adm. P. M. Fratris Thomę de *F*uentes pro Conventu N. S. *P.* N. Dominici de Oaxtepec, quas omnes patentes litteras vti accepimus acceptamus, & nunc acceptatas denuntiamus.

Denuntiamus accepiſſe nos litteras patentes eiuſdem Rmi. affiliantes, & incorporantes nobiſcum P. Fr. Emmanuelem Ximenez, R. P. *P*ræſentatum cum oneribus, & honoribus Fr. Joſephum Arroyo, R. P. Fr. Vincentium de Vrdiain, *P.* Fr. Petrum Dorado, P. Fr. Petrum de Armentia, quas literas vti pervenerunt acceptamus.

Denuntiamus V. P. Rmæ. accepiſſe nos litteras patentes eiuſdem Rmi. quibus R. Adm. P. N. Præd. G. Fr. Franciſco Xaverio de Aviles, & Souſſa Priori Provinciali electo conceſſit ad Sexcennium Vicariatum Domus N. S. *P.* N. Dominici de Xuchitepec, quas litteras acceptavimus, & acccepratas eſſe denuntiamus.

Denuntiamus *P.* V. Rmæ. accepiſſe nos litteras patentes Rmi. *P.* N. *P*rocuratoris Generalis Vicarij totius Ordinis *P*rædicatoris nobis notum facientes pientiſſimum, meri-

tis

tis plenum, & solius tanti Rmi P. Magistri bonę memoriæ Fr. Antonini Clochee, dignum ac benemeritum finem, cuius animę pro ingentibus nobis actis beneficijs retributionem donare dignetur Servator Noster Omnipotens. Quo circa R. Adm. P. N. Præs. Præd. G. Prior tunc Provincialis Fr. Antonius Lopez, missit statim cum litteris suis transsumptum earumdem per Conventus, & Domos N. Provincię vt omnes ad Dominum toto corde clamarent consuetis, debitisque Magistro Generali orationibus, & Sacrificijs, atque pietate in eum Pater ille noster commotus cordialissimas doloris effundens lachrymas Magnificentissimum in templo Minorum huius Nostri Emporij certè Maximo, nobis etiam propter Ecclesię penuriam dupliciter flentibus struxit Monumentum, vbi inter Primatum Dignitates, inter Cleri Archiepiscopalis, & Procerum, & Regularium Dignitatum que Primos sub die 29. & 30. Octobris anni eiusdem fuit ad vesperum solemnissimus fletus demoratus, & ad matutinum post Missarum solemnia, vti R. Ad. P. Magister peroravit Fr. Joannes de Espinosa Moreno, magnarum copiam virtutum, de illius bene sibi merita gloria (quod credimus piè) spem audivimus, denorante omnium commendata lætitia.

Denuntiamus demum *P. V. R.* quod iuxta nobis bene stabilitam Illmi Compostellani Dñi Fr. Antonij de Monroy, Magistri Generalis quondam, ordinationem, emisisse nos edicta satis nota super R. Adm. P. N. Præs. P. G. Fr. Antonij Lopez, nunc Ex-Provincialis actis, & patratis, insuperque illum coram nobis serio comparuisse Deffinientibus, fecimus vt libros, & sui temporis copias iudicaremus; quę omnia iusté diligenterque in ratiocinium redacta, reperimus illum æquitare in cunctis annuente, omnia persolvisse, sic vt ne minimam quærellæ parcimoniam videremus exortam, de quibus certiorem V. P. Rmam facientes Deo pro istis agimus gratias digné cumulatas.

Ordinationes, & præcepta.

QUoniam ex Ordinis noſtri inſtituto ſaluti ſalubriter animarum iuvemur conſulere, nos tamen, quibus cura earundem animarum eſt ſuper hoc ab Apoſtolica Sede Commiſſa, exactius advertentes in hiſce Indiarum partibus quod Priſci non parvos Domino fructus reportarunt, ac timentes ne Fratrum idiomate Mexicano diſertorum inopia, talibus miſerabiliter redactis in minus, color mutetur optimus ordinamus ne de cætero quiſquam Frater ad Sacros Ordines ſuſcipiendos promoveatur, niſi prædicto idiomate ſit prius ſufficienter inſtructus adeo vt venturis temporibus in his, ipſum profuturum credamus, quod ſi contra quiſquis vel interpoſſitione ſaltem tertię perſonę quavis authoritate, vel conditione fungentis quomodolibet noſtram ordinationem impedire tentaverit, ſtatim R. Adm. P. N. Prioris Provincialis ad libitum pœna mulctabitur.

Ordinamus ſimiliter quod aſſignatis Conventibus, & Domibus noſtris vbi cura viget animarum, non elargiantur menſales (vti conſuetum eſt) eleemoſynæ, nec adhuc veſtimentum conferatur per annum, vti toties præceptum, & comminatum eſt quoad vſque calleant idioma prædictum, ſic vt coadiutorij muneris poſſint adeſſe Parocho, itidemque coadiutoribus dicta denegentur quoad vſque percalleant ipſi taliter quod ad munus prædictum ſine periculo poſſint, ſubeundum, præſentari.

Item cum ex Devotione SSmi. Roſſarij Deigenitricis, Angelorum Reginę Potentiſſimę ſciamus certo Ordinis Noſtri incrementa, litterarum, virtutum, odoris claræ vitę ſuaviſſimi propemodum fuiſſe exorta, & vſque ad gloriæ finem mirum inmodum veniſſe, ordinamus quod in omnibus Convẽtibus, & Domibus, tum Curatis, tum non Curatis per annum, & infra ſemper recitetur Pſalterium B. Virginis, & in Dominica prima cuiuſlibet Menſis proceſſionaliter progrediatur ad

veſ-

vefpetum, ad quod omnes in Conventu N. Imperiali Mexicano afociandum teneantur.

Item ordinamus, quod in Caufa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Viri Presbyteri D. D. D. Joannis Gonfalez, quondam Canonici Ecclefię Cathedralis Metropolitanæ Mexicanæ, ac Rectoris olim Vniverfitatis Regiæ huius Novæ-Hifpaniæ, admittatur poffe iudiciale pro quibufcũque ad id occurrentibus negotijs tam ad Curiam Apoftolicam Romæ, quam ad Regum Catholicorum Matritenfem Curiã, cum poteftate itidem committendi, declarandi, petendi, alijsque huiufmodi, ex æquo, & fingulariter á R. R. Adm. Patribus pro tẽpore Priore Provinciali huius N. Provinciæ, Priore Conventus N. Imperialis Mexicani, Rectore Collegij N. Sti. P. N. Dominici de Porta-Cæli, Priore Conventus N. Stę. Virginis Mariæ de Pietate, atque Cathedratico A. N. Præceptoris Regiæ Vniverfitatis Mexicanæ, vti viri memoriæ cõmendabilis, & virtutis propemodum exemplaris, quique quemadmodum vniverfitas Regia eiufdem accepit virtutis documenta clariffima, ita, & Noftri Conventus Mexicanus, & Pietatis, & vitam in Domino Sanctiffimam, & mifericordię, & pœnitentię illius opera perceperunt, & ea propter tales in omnibus decet, & Cultum (Spiritu Almo infpirante) illi cunctandum, intercedere.

Item accurate confideratantes incommoda, quę intra Clauftra Cõventus Sancti Monialium Divę Catharinę de Senis, Mexicani curę noftræ fubiecti exoriuntur quotidie in vitę Monaftice detrimentum, ex quo innuptę Virgines cum folutis, & nuptis vitam promifcué ducant; quoniam mulier innupta, & Virgo dumtaxat cogitat quę funt Domini, quomodo fit corde Sancta, & Spiritu, quemadmodum, & nupta quomodo placeat viro, & quę mundi funt, quo Virginitatis Sanctæ lilium labefactant, turpique fua commaculant contagione, atque deturpant, propterea boni confulentes prohibemus quemcumque quomodolibet curæ noftræ Subditum ne in pofterum fit aufus á Prælatis Monialium dictarum licentiam pe-

ere pro dictis nuptis, vel solutis fœminis ad septa Monasterij ingredienda saltem pro tempore brevissimo, vel dictam licentiam extorquere quomodocumque maximè interpositione tertię personę sive intra sive extra Ordinem cõstitutæ; immo quę clauduntur hodie irremissibiliter eggrediantur omnes vsque ad vltimam, intra spatium vnius Mensis à notificatione istorum, ad quem Monasterium ipsę sciant se nullatenus vlterius regressuras. Quod vt plenius fiat: *Mandamos à la R. M. Priora que por tiempo fuere del Convento de Santa Catharina de Mexico, y â todas sus Religiosas sub pracepto formali in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, necnon sub pœna Excommunicationis maioris ipso facto incurrendæ vna hac pro trina Canonica monitione præmissa; que ni por si, ni por tercera persona pidan, ó soliciten licencias para que alguna, ó algunas mugeres casadas, ô solteras entren aunque sea por brevissimo tiempo â morar en dicho Convento, ô perseveren en él, las que de presente están: antes si salgan irremisiblemente todas las que assi se hallaren viviendo en èl, dentro del espacio de vn mes que assignamos por termino peremptorio, que se comenzará à contar desde la publicacion de estas Actas.*

Item cum Benefactoribus Nostris non habeamus, quidquam nisi immortalis vitę dona retribuamus, atque id ipsum enixe á nobis postulaverit Eques Cõmendatissimus, Charissimusque noster in Dño Frater D. D. Ildephõsus de Morales cum perillustri sua Coniuge sorore nostra D. D. Maria Benedicta de Pavia, sub eodem formali præcepto præcipimus in virtute Spiritus S. & Sanctę obedientię omnibus, & singulis Maximi Imperialis nostri Mexicani Fratribus Conventualibus vt indispensabiliter in anno semel sub immediata feria non impedita post diem 22. Januarij teneantur pro animabus illorum Missam in Anniversario eorumdem celebrare, hoc est Sacerdotes, non tamen Sacerdotes quantum possint pro eisdem ab Omnipotenti Deo Requiem implorare perpetuã, quod si secus fecerint sciant induvitanter pœnam, obedientiam nostram transgredientibus, debitam incurrisse.

Postu-

Postulationes.

CUm sicut alias privatim fuerat pro expostulatione Meditatum cum Ordinis emortuo Generali N. M. super quo non amplius expectabatur quam petitio ista N. Provinciæ videlicet, quod cum Magisterij loca titulo Prædicationis in hisce partibus admodum exercitata, sistant duo tantummodo concessa Provinciæ, quo fit vt vnus supra viginti Prædicatores Generales, vltra spem obtinendi sibi meritam pro laboribus Dignitatem commoriantur, cum ne quidem decennali eorum parti correspondeant loca prædicta, ea nunc propter supplices R. P. exoramus tuam quatenus ea dignetur extendere ad vlteriora duo, quo saltem pars quinta Prædicatorum Generalium prædictis adæquari locis, totidem que Præsentaturas eisdem respondentes duobus, enixe supplicatis, locis concedere dignetur; cum semper (Domino interveniente) nobiscum Veri Divini Verbi pervigiles reperiantur, ambidextrique satores. Quibus in locis data benigna (vti desideramus) optione, petimus illorum Magisteriorum loco primo R. Adm. P. N. Præd. G. Fr. Franciscum Xaverium de Soussa, Priorem denuo Provincialem Dignissimum natum in Indijs, & secundo loco R. Adm. P. N. Præs. P. Gen. Fr. Antonium Lopez, Ex-Provincialem, quamquamque renuenter ipsi talia tulerint, & toto voluntatis repugnent pondere, pro illorum tamen meritis, benignitas V. P. Rmæ. id sine ipsorum faxit consensibus, quod & petimus.

Et in loco primę Præsentaturæ respondenti pro Magisterio optato petimus R. P. Præd. Gen. Fr. Franciscum de la Torre, natum in Indijs, qui duos supra viginti annos, totidemque per ipsos Quadragessimas multotiesque coram Principibus, Cancellarijsque Regalibus, cum omnium acclamatione Verbi Sancti peregit, alijsque in Domino consummatis laboribus, duo equidem ab illo per integrum inveniuntur iterum ædificati nostri Conventus, aliorumque Ecclesiæ quamplurimæ

mæ

mæ ſunt ab ipſo, iam incæptæ, iam Encenniatæ, iam adeptæ, cumulata gloria, doniſque pluribus quibus noſtram decoravit Provinciam, attamen cum retentione ſuæ Prædicaturæ Generalis, vocis, & loci; & loco alterius Præſentaturæ ſecundo Magiſterio expoſtulato reſpondentis petimus R. P. Præd. Fr. Chriſtophorum de la Sierra, virũ vitæ vti, & Prædicationis probatiſſimæ qui tredecim pluſquam annos munera ſpiritus, & Doctrinę ſeminavit in cordibus, natum ſimiliter in Indijs, cum retentione ſuæ Prædicaturæ Generalis.

Loco tamen (data V. P. Rmæ. clementia) vaccanti Præſentaturæ ob aſſumptionem R. Adm. P. Præſ. Præd. G. Fr. Antonij Lopez, Ex-Provincialis petimus R. P. Præd. Generalem Fratrem Joſephum Fernandez, natum in Indijs, cuius in concionãdo dexteritatem noverunt per pluſquam duodecim annos, & Novæ Hiſpaniæ, & Gallecię novæ Regna vixque pro munere Parochus vniverſæ Diœceſis de Durango invenietur, qui cum fidei Catholicę rudimentis non audierit ab illo prima præcepta Grammaticæ, cum retentione tamen ſuę Prædicaturæ Generalis, vocis, & loci.

Et loco Prædicaturæ Generalis ſimiliter vaccanti ob aſſumptionem eiuſdem R. Adm. P. N. Præſ. P. G. Ex-Provincialis Fr. Antonij Lopez, petimus R. P. Fr. Vincentium Vrdiain, natum in Hiſpania, cuius Prædicationis fructus in Domino á duodecim annis vſque hodie Servator tulit N. & loco Prædicaturæ Generalis tunc vaccantis ob aſſumptionem R. Adm. P. N. P. G. Prioris denuo Provincialis Fr. Franciſci Xaverij de Aviles, & Souſſa, petimus R. P. L. Fr. Joſephũ Bravo, natum in Indijs, qui annos pluſquam novem totidemque illorum Quadrageſſimas glorioſé prædicavit inſuperque pluſquam viginti inſudationis ſupererogantet ſcholaſticæ, omniſque litteraturę dexterrimę tulit agones.

Aliorum vero actu vacantium locorum petitiones iteramus eaſdem pro eiſdem quibus N. Ad. R. P. Præſ. P. G. Fr. Antonius Lopez, Ex-Provincialis expoſtulaverat, quę confidimus a V. P. Rmæ. clementia comite Deo accepturos.

In

Incorporationes.

NOtis, iustisque de causis nobiscum incorporamus P. Fr. Franciscum Molina, & P. Fr. Bartholomæum Ponze de ...on, & Lara, filios Provinciæ Regni Castellæ, & P. Fr. Pe...um Saens, & P. Fr. Joannem Millan, filios Angelopolitanæ ...ovinciæ, quos petimus á V. P. Rma. sic acceptari, & affilia... nobiscum, quod quidem ex nunc pro tunc acceptamus.

Acceptationes ad Suffragia.

VT Benefactoribus nostris pro beneficijs, & charitate ergà nos habitis condigné gratulemur admittimus ad suffra...a, & opera bona nostræ Provinciæ D. D. D. Joannem Jose...um de la Mota, Presbyterum Parochum Ecclesiæ Metropo...icæ Mexicanæ Cathedralis, Juris Canonici Doctorem, in ...egia Curia Causidicum, Sanctæ Inquisitionis Novæ-Hispa...e Consultorem, ibique Reorum Advocatum Illustrem, ac ...e Vniversitatis Regiæ Vespertinæ Canonum Cathedræ ...oderatorem Proprietarium, cum onere trium Missarum. Et ... D. D. Josephum Lopez de Soria, Presbyterum, Doctorem ...ris Civilis, in eadem Academia pro Instituta Cathedraticum ...emerito Proprietarium, atque consimiliter Advocatum re...ra laudatissimum, atque Causidicum Civitatis Mexicanæ, ...riumque Communitatum, & Procerum, cum onere etiam ...um Missarum.

Sed cum onere tantumdem vnius Missæ D. D. Joannẽ ...nchez Quixada, Presbyterum. D. D. Emmanuelẽ Bravo de ...tiveros, Presbyterum. D. D. Josephum Sanchez del Valle, ...esbyterum. D. D. Didacum de Tamariz, & Saldaña, ...m Coniuge sua D. D. Melchiora Benites. D. D. Marcum ...nchoso, Medicum, cum sua Coniuge D. D. Damianam Mu...o de Alcozer. D. D. Franciscum Pastrana. D. D. Francis-

cum

cum Vocanegra. D. D. Francifcum Saabedra. D. D. Claram de Efpinofa de los Monteros. D. D. Mariam Antoniam de Mendrize. D. D. Paulam de Guevara. D. D. Joannam Rofam. D. D. Antoniam á Sancto Dominico Tertiariam Noftri Ordinis.

Inftitutiones.

INftituimus in Procuratorem Generalem Provinciæ ad Curiam Regis Catholici pro quibufcumque negotijs pertractandis ad Provinciam quomodocumque fpectantibus R. Adm. P. N. M. Deffinitorem Capituli Fr. Antonium Pinto de Aguilar, Qualificatorem S. Officij, Priorem Conventus N. Affūptionis B. Mariȩ de Amecmecam Deffinitorem electum ad Curiam Romȩ Apoftolicam.

Inftituimus in Judices Caufarum noftrarum Confervatores Apoftolicos D. D. D. Antonium de Villa-Señor, & Monroy, Archidiaconum Ecclefiæ Archiepifcopalis Mexicanæ, S. Bullȩ Cruciatȩ Commiffarium Apoftolicum, Doctorum Juris Canonici, & D. D. D. Lucam de Verdiguel, Canonicum Magiftralem, Theologumque Doctorem.

Inftituimus in Suppriorem huius Almi Conventus R. P. Fr. Jofephum Moreno.

Inftituimus in Vicarium eiufdem Rdum. P. Fr. Linum de Efpinofa.

Inftituimus in Magiftrum Novitiorum R. P. Fr. Michaelem de Efpina.

Inftituimus in Depoffitarios Conventus eiufdem R. P. Præd. Gen. Fr. Jofephum Fernandez, & R. P. Fr. Michaelem Velafco.

Inftituimus in Bibliotecarium R. P. Fr. Francifcum de Molina.

Inftituimus in Chronologum Provinciȩ R. Adm. P. M. Fr. Stephanum Navarro.

In

Instituimus in Procuratorem Provinciȩ R. P. L. Qualificatorem Sancti Officij, Fr. Nicolaum á Turricremata.

Instituimus in Regentem secundarium R. P. Præs. Fr. Didacum Perez.

Instituimus in Lectorem Grammaticȩ R. P. Fr. Joannem Saens Moreno.

Instituimus in Examinatores linguȩ Mexicanȩ R. P. Fr. Michaelem Ramirez, & R. P. Fr. Raymundum Delgadillo.

Deputamus Confessarios inter horas Canonicas P. Fr. Sebastianum Ramirez, P. Fr. Francifcum Farfan, P. Frat. Michaelem Monguia, & P. Fr. Hippolytum Alcaraz.

Instituimus in Prædicatores Conventuales R. P. Fr. Andream Saens, & R. P. Fr. Josephum Paredes.

Instituimus in Judices Causarum inter fratres R. R. Add. PP. MM. Sex habitu antiquiores.

Instituimus in Cæremoniarum Magistrum pro conficiendis annuis Kalendarijs R. Adm. P. M. Fr. Didacum Rodriguez de Guzman.

Instituimus in Commissarium SSmi. Rossarij R. P. Præd. G. Fr. Emmanuelem Moxica, quem etiam instituimus in Directorem Magistrum Tertij N. Ordinis.

Instituimus in Vicarium Indorum R. P. Fr. Antonium Miranda.

Instituimus in Vicarium Monialium R. P. Fr. Antonium Navarro.

Cæterorum vero officiorum, necnon Suppriorum Cōventuum, Vicariorumque Domorum institutiones, sub titulo sequenti assignationum per verbum *damus* designantur.

Assignationes.

In Conventu Maximo Imperiali N. Mexicano
Assignamus

R. Adm. P. Prædicatorem Generalem Fr. Isidorum Montaño, quem damus in Priorem.

R. Adm. P. M. Fr. Stephanum Navarro.
R. Adm. P. M. Fr Didacum Rodriguez de Guzman.
R. Adm. P.M. Fr. Bernardum de Eſpinoſa Moreno, quem damus in Socium R. Adm. P. N. Præd. G. Prioris Provincialis.
R. Adm. P. N. M. Deffinitorem præſentis acti Capituli Fr. Petrum Cortez de Silez, quem damus in Regentem Primarium dicti Conventus Maximi.
R. Adm. P. N. Præſ. Præd. G. Fr. Antonium Lopez, Ex-Provincialem.
R. P. Fr. Joſephum Moreno, quem damus in Suppriorem.
R. P. Præſ. Qualificatorem S. Officij, Regiæ Academiæ Doctorem Theologum, atque inibi Proprietarium N. A. P. D. Thomæ Cathedraticum Fr. Joannem de Alvarado.
R. P. Præſ. Fr. Antonium Gorjon.
R. P. Præſ. Fr. Didacum Perez, quem damus in Regentem ſecundarium, & Lectorem Theologiæ.

R. P. Fr Franciſcum Rey.
R. P. Fr. Franciſcum Borja, quem damus in Cantorem.
R. P. Præd. G. Fr. Joſephum Fernandez, quem damus in Sacriſtam maiorem, & Depoſitarium.
R. P. Fr. Nicolaū Salazar.
R. P. Fr. Antonium Navarro, quem damus in Capellanum Monialium.
R. P. Fr. Antonium Miranda, quem damus in Vicarium Indorum, & Lectorem Linguæ Mexicanæ.

R

R. P. L. F. Nicolaum à Turricremata, S. Officij Qualificatorem, quem damus in Procuratorem Provinciæ.
R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelem Moxica, quem damus in Commissarium SS. Rossarij, & M. Directorem Tertij N. Ordinis de Pœnitentia.
R. P. F. Franciscum Estrada.
R. P. Fr. Gabrielē Martinez.
R. P. Fr. Franciscum Burgos, quem damus in Procuratorem Monialium.
R. P. Fr. Andream Saens.
R. P. Præd. Gen. Fr. Franciscum Guerrero.
R. P. Præd. Gen. Fr. Franciscum de Vreña.
R. P. Fr. Didacum Gonsalez.
R. P. F. Sebastianū Ramirez.
R. P. Fr. Simonē de Zepeda.
R. P. Fr. Michaelem Velasco, quem damus in Depositarium.
R. P. Fr. Josephum Paredes.
R. P. Fr. Josephum Ramos, quem damus in Administratorem Molendinorum.
R. P. Fr. Marcum Castellanos, quem damus in Procuratorem dicti Convētus.
R. P. Fr. Frāciscum Farfan.
R. P. L. Fr. Emmanuelem Varona, quem damus in Magistrum Studentium.
P. Fr. Didacum Pardo.
P. Fr. Josephū Valderrama.
P. Fr. Michaelem Monguia.
R. P. L. Regiæ Vniversitatis Theologum Doctorem Fr. Josephum Lozano, quem damus in Lectorē Artium.
R. P. L. Fr. Josephum de los Rios, quem damus iu Lectorem Sacrę Scripturæ.
R. P. Fr. Michaelem Espina, quem damus in Magistrum Novitiorum.
R. P. L. Fr. Josephum Vergara, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. Fr. Hippolytū Alcaraz.
P. Fr. Michaelem Carza.
P. Fr. Josehum Lopez.
P. Fr. Philippum de la Peña.
R. P. Fr. Linum de Espinosa,

quem

quem damus in Vicarium Conventus.
P. Fr. Emmanuelem Suaſſo. quem damus in Infirmarium maiorem
P. Fr. Bernardum Cornejo.
P. Fr. Joſephum Caſtañeda.
P. Fr. Joannem Caſtañeda.
P. Fr. Philippum Ceſſarini.
P. Fr. Joſephum Aragones.
R. P. L. Fr. Joannem Saens Moreno, quem damus in Lectorem Grammaticæ.
P. Fr. Joſephum Roſſas.

DIACONOS.

Fr. Joannem Rodriguez.
Fr. Franciſcum Condarco.

SUBDIACONUM.

Fr. Joſephum Vera.

ACHOLYTOS.

Fr. Emmanuelem Rubio.
Fr. Emmanuelem Guerra.
Fr. Joſephum Caſtañeda.
Fr. Joſephum Juſte.
Fr. Antonium Roa.
Fr. Joannem Lyra.
Fr. Joſephum Aviles.
Fr. Ignatium Caſtrejon.
Fr. Joannem Navarro.
Fr. Franciſcum Montaño.

LAICOS.

Fr. Emmanuelem Zarate.
Fr. Joannem Venjumea.
Fr. Franciſcum Bezerra.
Fr. Nicolaum Viveros.
Fr. Joſephum Lazo.
Fr. Gregorium Farfan.
Fr. Joſephum Varrientos.
Fr. Didacum Morales.

DONATOS.

Antonium de Arze.
Philippum Caſtellanos.

In Collegio N. Regali Angelopolitano S. Regis Ludovici Aſsignamus.

R. Ad. P. Præſ. Fr. Franciſcum de Vria Villavicēcio, quem damus in Rectorem, & Regentem Primarium.
R. P. L. Fr. Michaelem de el Valle, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. L. Fr. Antonium de Arratia, quem damus in

Lec-

Lectorem Theologiæ.
R. P. L. Fr. Joannem Arziniega quem damus in Lectorem Sacræ Scripturæ.
R. P. L. Fr. Emmanuelem Dallo, quem damus in Magiſtrum Studentium.
R. P. L. F. Joſephum Ruano, quem damus in Lectorem Artium.

THEOLOGOS.

P. Fr. Alvarum Ambaz.
Fr. Bernardum Ortiz.
Fr. Joannem Eſtrada.
Fr. Philippum Caſtrejon.
Fr. Joannem Arratia.
Fr. Blatium Peralta.
Fr. Franciſcum Olmedo.
Fr. Joſephum Reyna.

PHILOSOPHOS.

Fr. Joannem Palmeros.
Fr. Joſephum Valdez.
Fr. Joſephum Aedo.
Fr. Joſephum Victoria.

In Collegio N. Săcti P. N. Dominici de Porta-Cœli Mexicano Aſsignamus.

R. Adm. P. M. Fr. Michaelem de la Higuera, quem damus in Rectorem, Regentemque Primarium.
R. P. Fr. Marcum de Alarcon, quem damus in Vice-Rectorē, & Procurarorem.
R. P. L. Fr. Joſephum de Arziniega, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. L. Fr. Franciſcum Romo, quem damus in Magiſtrum Studentium.
R. P. L. Fr. Joſephum de la Rimbe, quem damus in Lectorem Sacræ Scripturę.
R. P. L. Fr. Michaelem de Eſpinoſa, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. L. Fr. Michaelem de Arze, quem damus in Lectorem Artium.

THEOLOGOS.

P. Fr. Emmanuelem Vargas.
Fr. Antonium Villegas.
Fr. Joſephum Leon.
Fr. Antonium Montenegro.
Fr. Franciſcum Guerrero.
Fr.

Fr. Antonium de la Sierra.

PHILOSOPHOS.

Fr. Emmanuelem Seballos.
Fr. Franciſcum Hidalgo.
Fr. Franciſcum Avila.
Fr. Joſephum Lopez.
Fr. Auguſtinum Saldaña.
Fr. Petrum Malo.
Fr. Franciſcum Parrales.
Fr. Joachimum Valleſteros.
Fr. Joſephum Navarijo.

In Conventu N. SSmæ. Virginis Mariæ de Pietate Aſsignamus.

R. P. Fr. Emmanuelem Ximenez de Xiſneros, quem damus in Priorem.
R. P. Fr. Petrum Dorado, quem damus in Suppriorẽ.
R. P. Fr. Nicolaum Eſcalãte.
R. P. L. Fr. Joſephum Saavedra; quem damus in Lectorem Artium.

PHILOSOPHOS.

Fr. Joſephum Seballos.
Fr. Joachimum Delgado.
Fr. Joſephum Artiaga.
Fr. Ferdinandum Aviles.

LAICUM.

Fr. Nicolaum à Matre Dei.

DONATUM.

Joannem Vriel.

In Conventu N. SSmi. Roſſarij Civitatis Guadalaxarenſis Aſsignamus.

R. P. L. Fr. Nicolaum de Monteſdeca, quem damus in Priorem, Regentemque Primarium.
R. P. Fr. Joſephum Ortega, quem damus in Suppriorẽ.
R. P. Fr. Bartholomæum de Morales.
R. P. Fr. Michaelem Arroyo.
R. P. L. Fr. Vincentium Votello, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. Fr. Joannẽ Reynaldos.
P. Fr. Joſephum Amaya.
R. P. L. Fr. Joſephum Calzado, quem damus in Lectorem Artium.

In

In Conventu N. Sanctæ Crucis de Zacatecas Assignamus.

R. P. L. Fr. Josephum Bravo, quem damus in Prioré.
R. P.Fr. Franciscum Novalin, quem damus in Suppriorem.
R.P.Fr. Franciscum Sabãdo.
R.P. Fr. Nicolaum Bezerra.
R.P.F. Antonium Romero.
R. P. L. Fr. Josephum Navarrete.
P. Fr. Josephum Victoria.
P. Fr. Josephum Medina.

In Conventu N. Dñi N. Jesu-Christi Crucifixi in Oppido S. Joannis del Rio Assignamus.

R. P. Præs. Sti. Officij Qualificatorem Fr. Nicolaum Arziniega, quem damus in Priorem.
R. P.Fr. Joannem Cabrera, quem damus in Suppriorẽ.
R. P. Fr. Petrum Suasso.
R. P.Fr. Petrum Silez.
R.P. Fr. Franciscum Torre.
P.Fr. Josephum Fernandez.
P. Fr. Didacum Arellano.
P.Fr. Christophorũ Muñoz.

LAICOS.

Fr. Michaelem Vilches.
Fr. Franciscum Aranda.

In Conventu Nostro Sanctorum App. Petri, & Pauli de Queretaro Assignamus.

R. P. Præs. Fr. Ludovicum de Castro, quem damus in Priorem.
R. P. Fr. Caietanum Argora, quem damus in Suppriorem.
R.P. Præs.F. Didacũ Flores.
R.P.Præs. Fr. Petrũ Quiroz.
R.P.L.Fr. Antoniũ Escovar.
P. Fr. Nicolaum Velasco.
P. Fr. Antonium Medina.
P. Fr. Joannem Faustinum.

LAICUM.

Fr. Joannem Rodriguez.

In Conventu Nostro Sanctæ Rosæ de Sombrerete Assignamus.

R.

R. P. L. Fr. Joannem Ignatium del Clavo, quem damus in Priorem, Regētem Primarium, & Lectorem Theologiæ.

R. P. L. Fr. Michaelem de la Oliva, quem damus in Suppriorem.

R.P. Fr. Joannem Sendejas.

R.P. Fr. Antoniū Azevedo.

R.P. L. Fr. Antonium Castellanos, quem damus in Lectorem Theologiæ.

P. Fr. Josephum Roxas.

R. P. Fr. Joannem Muñoz, quem damus in Lectorem Grammaticæ.

R. P. L. Fr. Emmanuelem Cuem, & illum damus in Lectorem Artium.

LAICUM.

Fr. Josephum Sanchez.

In Conventu N. S. P. N. Dominici de Oaxtepec Assignamus.

R. P. Fr. Philippum Orijel, quem damus in Priorem.

R. P. Fr. Laurentium Menendez, quem damus in Suppriorem.

R.P. Fr. Vincentiū Vrdiain.

R.P. Fr. Frācifcum Ybarra.

R. P. Fr. Joannē Dias, quem damus in Ministrum.

P. Fr. Franciscum Cæli.

P. Fr. Petrum Garcia.

P. Fr. Joannem Millan.

In Conventu N. Sancti Ioannis Baptistæ de Coyoacan Assignamus.

R. Adm. P. M. Sti. Officij Qualificarorem Fr. Thomam de Fuentes, quem damus in Priorem.

R. P. Fr. Nicolaum Garcia, quem damus in Suppriorē.

R.P. Fr. Nicolaum Ramos, quem damus in Ministrum

R. P. Præs. Fr. Josephum Arroyo.

P. Fr. Joannem Cæli.

P. Fr. Didacū Dominguez.

P. Fr. Franciscum Leal.

P. Fr. Franciscum Varrera.

In

In Conventu N. Aßumptionis B. M. de Amecamecan Assignamus.

R. Adm. P. N. M. Sti. Officij Qualificatorem, Deffinitorem huius Capituli, & ad Curiam Romæ Apostolicam, Procuratorem ad Matritensem Regiam institutum, quem damus in Priorem.

R.P. Fr. Emmanuelem Aviles, quem damus in Supriorem.

R. P. Fr. Michaelem Ramirez, quem damus in Ministrum.

R. P. Fr. Michaelem Toro.

R.P. F. Antonium Romero.

P. Fr. Petrum Castellanos.

P. F.Emmanuelẽ Martinez.

P.Fr. Bartholomæum Põze.

In Conventu N. SS. App. Philippi, & Jacobi de Azcapozalco Assignamus.

R.P. Fr. Laurentium Aponte, quem damus in Priorem, & Ministrum.

R. Adm. P. M. Fr. Joannem à Sto. Martino.

R. P. Fr. Ildephonsum Dominguez, quem damus in Suppriorem.

R.P. Fr. Isidorum Zeballos.

R. P. L. Fr. Joannem Melendez.

P. Fr. Franciscum Melẽdez.

P. Fr. Vincentium Olmedo.

P. Fr. Josephum Contreras.

In Conventu N. S. P. N. Dominici de Tlaquiltenanco Assignamus.

R. P. Fr. Dominicum de Chagarai, quem damus in Priorem.

R. P. Fr. Stephanum de Leon, quem damus in Supriorem.

R. P. Fr. Ignatium Cortez, quem damus in Ministrum.

R. P. Fr. Didacum Gomez.

P. Fr. Salvatorem Saldivar.

P. Fr. Joannem de la Peña.

P. Fr. Thomam de Medina.

P. Fr. Emmanuelem Maldonado.

In Conventu Nostro Sancti Jacobi de Quahutlam Assignamus.

R.P. Fr. Antonium Torres, quem damus in Priorem.
R. P. Fr. Josephum Hurtado, quem damus in Suppriorem, & Ministrum.
R. P. Fr. Ferdinãdum Ruiz.
R. P. Fr. Sebastianum Estupiñan.
P. Fr. Dominicum Olaya.
P. Fr. Ambrosium Perez.
P. Fr. Rodericum Hidalgo.
P. Fr. Antoniũ Maldonado.

In Domo Nostra Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Tepetlaoztoc Assignamus.

R. P. Præd. Gen. Fr. Christophorum de la Sierra, quẽ damus in Vicarium.
R. P. Fr. Joannem de la Vega, quem damus in Ministrum.

In Domo Nostra Nativitatis Beatæ Mariæ de Tepostlam Assignamus.

R. Adm. P. M. Fr. Antonium à Sancto Josepho de Amezquita, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Josephum Muñiz, quem damus in Ministrum.

In Domo Nostra Assumptionis B. Mariæ de Yaotepec Assignamus.

R. P. Præd. Gen. Fr. Antonium de Villalobos, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Nicolaum Gadea. quem damus in Ministrum.

In Domo Nostra Purificationis B. Mariæ de Atlacoayan Assignamus.

R. Adm. P. M. Fr. Joannem de Cordova Seballos, Sti. Officij Qualificatorem, quẽ damus in Vicarium.
R. P. Fr. Gabrielem Reyna, quem damus in Ministrum.

In Domo Nostra S S. Apost. Petri, & Pauli de Tlahuac Assignamus.

R.

. P. Fr. Didacum Nuñez, quem damus in Vicarium.
. P. Fr. Antonium Lopez, quem damus in Miniſtrum.

n Domo Noſtra S. Vincentij de Chimalhuacanchalco Aſsignamus:

. P. Fr. Joſephum Pizeros, quem damus in Præſidentem.
. P. Fr. Franciſcum Velazquez, quem damus in Miniſtrum.

n Domo Noſtra S. Joannis Baptiſtæ de Tetelam Aſsignamus.

. P. Fr. Joannem Piſſano, quem damus in Vicarium, & Miniſtrum.

n Domo Noſtra S. P. N. Dominici de Chimalhuacanatenco Aſsignamus.

. P. Fr. Laurentium Diaz, quem damus in Præſidentem, & Miniſtrum.

n Domo Noſtra Sancti Hyacinthi de Iztapalocan Aſsignamus.

R. P. Fr. Emmanuelem Patiño, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Antonium Mirabel, quem damus in Miniſtrum.

In Domo Noſtra S. Joannis Baptiſtæ de Tenanco Aſsignamus.

R. P. Præd. G. Fr. Michaelem Ortiz, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Laurentium de la Vara, quem damus in Miniſtrum.

In Domo Noſtra Sancti Michaelis de Tlaltizapan Aſsignamus.

R. P. Præd. Gen. Fr. Franciſcum de la Torre, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Joannem de la Rocha, quẽ damus in Miniſtrũ.

In Domo Noſtra S. P. N. Dominici de Hueyapan Aſsignamus

R. P. Fr. Joannem de Soto, quem

quem damus in Vicarium, & Miniſtrum.

In Domo Noſtra S. P. N. Auguſtini Palpan Aſsignamus.

R. Adm. P. N. M. Deffinitorem huius Capituli Fratrem Franciſcum de Chavarria, olim Provincialem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Fœlicem Lazalde, quem damus in Miniſtrum

In Domo Noſtra S. P. N. Dominici de Xuchitepec Aſsignamus.

R. P. Præd. G. Fr. Stephanum de Mendoza, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Petrum de Roa, quem damus in Miniſtrum.

In Domo Noſtra SS. Appoſt. Petri, & Pauli de Ecazinco Aſsignamus.

R. P. Fr. Joannem Marcha, quem damus in Vicarium, & Miniſtrum.

In Domo Noſtra S. P. N. Dominici de Mitzcoatl Aſsignamus.

R. Adm. P. M. Fr. Nicolaum Guerrero, Regię Acamiæ Theologum Doctorē, quem damus in Vicarium.
R. P. Præd. G. Fr. Stephanum Centeno, quem damus in Miniſtrum.

In Domo Noſtra Sancti Hyacinthi Aſsignamus.

R. Adm. P. N. M. Deffinitorem huius Capituli Fratrem Marcum de Arrieta, quem damus in Vicarium.
R.P.Fr. Michaelem Albear, quem damus in Miniſtrum.

In Domo Noſtra Sanctæ Mariæ Virginis de Quatepec Aſsignamus.

R.P Fr. Andream Monroy, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Antonium Roſſas, quem damus in Miniſtrum.

In Miſsione Noſtra S. Patris N. Dominici de Soriano Aſsignamus.

R.

R. P. Fr. Josephum Samudio, quem damus in Vicarium.

In Missione Nostra Sãctæ Mariæ de Ahuacatlam Assignamus.

R. P. Fr. Bernardum de Arãzibia, quem damus in Vicarium.

In Missione N. S. Michaelis Assignamus.

R. P. Fr. Antonium de el Prado, quem damus in Vicarium.

In Missione N. Sanctæ Rossæ Assignamus.

R. P. Fr. Franciscum Soliz, quem damus in Vicarium.

In Domo Nostra Sancti Stephani de Tepetlizpam denique Assignamus.

R. P. Fr. Raymundum Delgadillo, quem damus in Vicarium, & Ministrum. 253.

Suffragia pro vivis.

PRo SSmo. D. N. Clemente Papa XI, & pro Sacro Eminentissimorum Cardinalium Collegio præsertim Ordinis N. Protectore, atque fœlici statu Sãctę Romanæ Ecclesiæ, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Catholicis Hispaniarum Rege Philippo, Regina, Principe, & Prole Dominis Nostris, atque concordia inter Orthodoxos, Catholicosque Principes, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Exc^mo^. D. D. Balthassare de Zuñiga, Marchione de Valero, Ayamonte, & Alẽquer Occidui Orbis nostri Pro-Rege, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Illmo. ac R^mo^. Archiepiscopo Mexicano D. M. D. Fr. Josepho Lanciego, & Eguilaz, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro-

Pro Capitulo Generali Romæ Celebrando, omnibusque ad illud vel Congregatis vel Congregandis, & pro perfectione eorum, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Benefactoribus Nostris, & concordia Nostræ Sanctæ Mexicanæ Provinciæ, eiusque incremento, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Cum que filialis erga N. Mexicanum Conventum in omnibus huius N. Provinciæ fratribus amor abesse non possit ob gravem certè Missarum eius sarcinam quilibet Frater in Conventibus, ac eiusdem Provinciæ Domibus doctrinarum degens tenebitur applicare viginti quinque Missarum Sacrificia per Annum, & totidem similiter deinceps.

Suffragia pro mortuis.

PRo M. Generali Nostri Ordinis bonæ memoriæ Fr. Antonino Clocheé, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Em.mo. Cardinali D. Vincentio Maria Ferrara, Ordinis N. quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Fratribus, Sancti Monialibus, & Sororibus Provinciæ N. Mexicanæ in quadriennio Provincialatus elapso mortuis, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro omnibus Benefactoribus nostris eodem tempore mortuis, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Vbi ponimus *vnam Missam*, intelligitur Fratres omnes Clericos teneri ad septem Psalmos Pœnitentiales, y los hermanos Legos, y Donados rezaràn vn rosario á Nra. Sra.

IN-

1104
390
2282
3776
3
1
3780

